

Beneventanam parrochiam, de qua sublatu fuerat, sancti corporis thesaurus revocari deberet; indignum certe sibi^f cunctisque concivibus^g videri astruens, ut^h altera quolibet parrochia tanto munereⁱ Benevento^j dignior haberetur, quam videlicet deus dignam effecerat, ut per¹³⁶ tam proluxa temporum spatia, licet ignara, tanto tamque sanctissimo hospite frueretur. Accessit ad hoc venerabilis et valde honesti viri Adalardi¹³⁷ episcopi civitatis sanctę Agathę vocabulo insignitę frequentissima supplicatio et multotiens replicata promissio^k omni se studio, omni conamine sanctum corpus affirmans veneraturum, si ad suam^l diocesim^l transferretur. Tum igitur Beneventani pŕsulis admonitione, tum sanctę Agathensis pollicitatione, tum denique Caiatiensis refragatione, qui sponsionem supra taxatam¹³⁸ minime adimpleverat, divina quoque, ut credimus, ordinatione^m ad id tandem perventum est, ut communi clericorum consilio comes sancti Mennatis corpus de Caiatia promovens cum universis eidem sancto obsequentibus clericis et cum omni ornatu, quem ipsemet ad sancti honorificentiam devotus effecerat, ad civitatem sanctę Agathę, ubi nunc deo disponente quiescit, transferret.

2. Cum igitur ad Biserelam^a fluvium¹³⁹, (p. 267) qui secus pŕfatam civitatem fluit, maxima^b populorum¹⁴⁰ multitudo comitante venis-

f) sibi – concivibus (siehe unten Var. g) über der Z. hinzugefügt. g) siehe oben Var. f. h) dahinter in getilgt. i) über getilgtem spolio hinzugefügt. j) über der Zeile hinzugefügt. k) über gestrichenem pollicitatio. l) über gestrichenem ecclesiam. m) folgt getilgt hinc factum est.

Tr. II c. 2. a) undeutlich C; Biserdam V; lies Biserclam? b) über getilgtem innu-mera.

136) *Vita Eligii* (wie Anm. 119) II 80, S. 739: per proluxa temporum spatia.

137) *Bischof Adalardus von Sant'Agata de' Goti* (zwischen Ende 1101 und 1108); vgl. *TESCIONE, Roberto* (wie Anm. 3) S. 30f.

138) Vgl. *Translatio I c. 8*, oben S. 473.

139) *Der Fluß Biserela (Isclero) wird in der Urkunde Erzbischof Landulfs I. von Benevent für das Bistum Sant'Agata de' Goti vom Dezember 970 erwähnt*: in fluvio Vulturno, ubi coniungitur in fluvio Biserela (*Ferdinandus UGHELLUS, Italia sacra* 8 [21721] Sp. 345).

140) *Odo von Glanfeuil, Historia translationis s. Mauri* (wie Anm. 83) VII 38, S. 342: comitante nos populi multitudo qui undique ex vicis et agris nobis obviam praecipites confluebant; *Iso von St. Gallen, Miracula s. Othmari II 1, MIGNE PL 121, Sp. 792*: comitante numerosa populorum multitudo.